



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 48. D. Ignatii propositum de abdicanda supremi Præpositi dignitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

toties ad eum fidenter, & sine verecundia Sæcul.XVI.  
reverteretur.

A.C. 550.

## §. XLVIII.

D. Ignatii propositum de abdicanda  
supremi Præpositi dignitate.

Sub idem ferme tempus S. Ignatius *Orland. l. 10.*

Societatis suæ statuta typis imprimi <sup>n. 51 & 52.</sup>  
decreverat, nondum vero tum hoc su- <sup>n. 67. 68. &</sup>  
um animi propositum exequebatur; non-  
*seq.*

nisi enim sub Patris Lainesii regimine  
post Ignatii obitum excusa comperimus:  
longe ardentius tameñ tum, prout jam  
dudum apud se constituerat, Societa-  
tis gubernacula abdicare nitebatur, ut  
unice semetipsum (ita loqui solitus erat  
Ignatius) in ordinem redigere posset:  
cum vero ad continuandam hujus mu-  
neris sollicitudinem, si id in pleno Pa-  
trum confessu peteret, vehementibus  
precibus urgeri pertimesceret, hinc  
prius exploratis suorum Discipulorum,  
qui Romæ magno numero erant, ani-  
mis ad eos pericripsit epistolam, in qua  
hæc exposuit: *In mea multa delicia, mul-*  
*taque vitia, & multas animi, corporisque*  
*infirmitates intuens, sape in eam penitus*  
*veni sententiam, mihi infinitis prope parti-*  
*bis deesse vires necessarias sustinendo oneri*  
*buic Societatis, quod in praesentia industu*  
*& impositu ejus sustineo: opto itaque in*

*Domino*

Sæcul. XVI. *Domino rem diligenter expendi, & alium  
A.C. 1550. deligi, qui melius vel certe non ita male re-  
gendaæ Societatis munere fungatur, & hoc  
ad eum munus deferri: nec modo si melius  
aut minus male, sed etiam si pari modo ge-  
sturus sit. Quam ob rem in nomine Patris,  
& Filii, & Spiritus sancti unius Dei, &  
Creatoris mei ego simpliciter & absolute,  
quidquid muneris gero, depono, & abdico,  
quæisque, ac toto animo precor in Domino  
tum Professor, tum quos illis ad hanc deli-  
berationem assumere visum erit, ut hanc ob-  
lationem meam, adeo coram divina Maje-  
state justam accipiant: sique inter eos, qui  
futuri sunt arbitri, forte non conveniret,  
per charitatem ac reverentiam, Dei nostri  
oro, ut impense rem ejus divinæ Majestati  
commendent.*

Verum hæc epistola omni penitus  
successu caruit; unde sanctus vir tantam  
inde conceperat mœstitudinem, ut pericu-  
loso obrueretur morbo.

#### §. XLIX.

#### *Gandice Dux Romæ Societatis Insti- tutum professus.*

*Orlan. n. 37. Paulo ante Franciscus de Borgia ad-  
38. & seq. huclum Gandiæ Dux, quamvis  
Societatem effet ingressus, Romam per-  
venit, postquam suas filias nuptui de-  
disset, ac filio suo natu majori totius  
ditio-*